



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

5. Fit Clericus & Canonicus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

V I T A

4. Etum admittere. Videres jam tum, contrà quām ea ætas amat, aversari eum ludicra omnia, seriis studiis se totum addicere, & in cælum animo collimare. Summa ei voluptas erat ad ædem sacram itare, & diuinis ibi officiis assistere; ad qua invitabatur etiam divinitus ostento nobili & in paucis memorando.

Fortè sacerdoti facienti adstabat cum parentibus puerulus, & castissimas ad Deum preces fundebat &, ecce, dum in altum tollitur sancta adoranda hostia, videt NICOLAVS non jam panis nubem, qualia nobis videri solet, sed augusta specie, & radiis solaribus vestitum puerum IESVM, blando sibi ore ariidentem, & auribus leniter insurrantem fidei quædam arcani mysteria. Hoc fuit prodigiorum divinorum proœmium: quæ deinde plurima contemplari sæpè habuit ut talibus deliciis nunquam nos circumflueret.

5. Natu adultior ingenium boni artibus excoluit, adeoque pietate doctrinam optimo connubio sociavit.

Videt
Christum
in sacra
Hostia.

Vit Cleri-
cus & Ca-
nonicus.

S.NICOLAI TOLENT.

ciavit. In Collegium Canonicorum
S. Salvatoris cooptatus, & opulento
fatis sacerdotio initatus, ad ma-
gnas opes & honores gradum sibi
struere poterat, nisi jam didicisset
in Christi scholâ omnia terræ de-
spicere, & unum cælum ambire.
Itaque è mundo egredi omnino
statuit, & monasterii se septis in-
cludere.

Pèmoverunt eum maximè illa
D. Joannis Apostoli verba : *Nolite
diligere mundum, neque ea quæ in mun-
do sunt;* quibus divini verbi præco
non indisertus, cœnobii quod in
castro S. Angeli Eremitæ Augusti-
niani habebant, Præfectus, omnes
ad mundi contemptum facundo
cumprimis ore adhortabatur. Non i-
COLAVS enim, quasi sibi id uni di-
ceretur, statim à concione adit Ec-
clesiaſten, & in sacram ejus fami-
liam adscribi verbis infimis rogat.
Et quia non tantùm non remoram,
quam alii hodie solent, parentes
posuere, ut etiam filio sibi que plau-
derent, nigrum sumens cucullum
pro pileo, inter discipulos Magni

6.
Augusti-
nianum
habitu
induit.

A 3

A v-